

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius Theol. D.
P. P. & Superint. Ad Exequias Quas ... Filiae desideratissimae Catharinae
Magdalena Willebrandes Parentes Moestissimi Hodie ... paratas cupiunt Omnes
omnium ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. sub Sigillo Rectoratus IX.
Decemb. Anno M.DC.LVI.]**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777133032>

Druck Freier  Zugang



I.
PROGRAMMA
Quo
RECTOR UNIVERSITATIS
ROSTOCHIENSIS
GASPARUS MAURITIUS
Theol. D. P. P. & Superint.
Ad Exequias
Quas
VIRTUTIBUS ET NATALIUM SPLENDORIBUS
NOBILISSIMÆ VIRGINI
Filiæ desideratissimæ
CATHARINÆ MAG-
DALENÆ Willebrandes
PARENTES MOESTISSIMI

Hodie ad horam I. paratas cupiunt

Omnes omnium ordinum Cives Academi-
cos per amanter & sedulo invitati.



• 6 (o) 90



ROSTOCHII, Typis Heredum NICOLAI KILI
Acad. Typogr. Anno 1656.

LB FP Willebrand, Catharina 8 1656

AUGVSTINVS.
**LATET UNA DIES
VT TIMEATVR
OMNIS DIES.**



Igilate & orate, quia nescitis, qua hora
Dominus venturus sit. Ad excipiendum debitissimis
modis Judicem orbis nihil melius, nihil con-
ducibilius vigilantia cordis & devotione pre-
cium. Ubi hostilis exspectatur irruptio, aut
occulti metuantur proditores, vigiliis opus est
per urbem dispositis, ne hostium desideria ex-
pleantur. Nobis autem ordo bellum cum exercitu ordinis
hoste infernali est, in cuius societatem veniunt exercitus mundanarum
illecebrarum, & his aures obstruuntur, magnarum adversitatum.
Neque hic quiescit internus proditor, cuius effrenatae atque
indomitae affectiones in perniciem animarum nostrarum conspi-
rant. Hic vigilantia opus esse, quis tam mentis inops est, ut non intel-
ligat? Et aperiendum quidem utrumque animi oculum esse, manife-
stum est. Alterum sibi vendicat, quicquidullo modo sauciare con-
scientiam potest, sive id moliatur Infernalibus hostiis sive immundus mun-
dus, sive carnis nostrae pestilentissima rebellio. Quae ut coerceatur,
necessaria in primis est cognitio nostri & solicita exploratio vitiorum
quibus vel alii juxta nobiscum laborant, vel nos metuere aliis obnoxios
esse sentimus. Haec res ad vigilantiam excitandam fovendamque & excu-
tiendum loporem maximum pondus obtinet. Benè Thomas: Sicut
qui accipere vult castrum aliquod, circuit ipsum, proficiens, si est in muro ali-
qua ruptura, vel defectus aliquis, per quem ingredi posset; sic Dæmon ex-
plorat, an sit aliqua pars murorum cordis minus stabilis, cuius aditu, ad in-
teriora penetrare possit, offert oculus formas illicitas, ut visu destruerat
castitatem, aures per canora tentat, ut Christianum vigorem tempe-
ret, linguam ad convicium provocat, manum injurias laceffentibus

ad cr-

ad eadem infligat, & sic tanquam hosti obsidet muros clausos.
Altero oculorum custodiendum est cor nostrum, atq; hic non diurnæ
tantum verum etiam nocturnæ excubia collocanda, & firmandum
divinissimis propositis pectus est, nolle nos Divinam majestatem scien-
tes & volentes lædere, velle ambulare secundum Deum, hoc est velle
nos totum vitæ curriculum sic instituere, ut tanquam in conspectu
DEI versantes, summo nobis studio esse declaremus, ut ad ipsius san-
ctissimam voluntatem omnia nostra cogitata, dicta, facta compona-
mus. Cogitata inquam. Graviter enim & pie non nemo: Unum-
quemq; à DEO constitutum esse sui cordis tanquam castri custodem & de-
fensorem adversum hostes. Si ergo non implorato auxilio non expectato suc-
cursu à DEO ad primam obsidionem castrum tradat hosti, crimen admittit
prodictionis manifestum. Quid igitur dicendum de traditione clavium hujus
castri, anteqvam obsidione prematur? Clavis hujus castri est cogitatio. Hæc
enim cor aperit: hæc Diabolum introducit. Certè si Diabolo clavem istam
spontè tradet; nunquam effugiet prodictionis reatum. Clavem autem istam
Diabolo tradit. quoties cogitationes in manus ejus tradit, aut cogitat ad vo-
luntatem ejus. Cogitationem volvere est clavem cordis ad aperturam ipsius
torquere, ut reseretur. Vigilantiae jungendæ preces. Hæc clavis cœli
est, animæ vita. Quod piscibus aqua est, id piis precatio est: Hoc
scuto tela Satanae ignita retunduntur, hoc antidoto & amuleto virüs
pestiferarum cogitationum & lethalium illecebrarum Contagia aver-
tuntur: hoc muro mundi cruenta molimina repelluntur: his armis ul-
timus hostis mors funditur atq; profligatur, & cœlestè recluditur re-
gnum. Quidni ergo felicem prædicemus eam, cuius exuviarum
cohonestandarum gratia hæc præfati sumus, Virginem lectissimam
CATHARINAM MAGDALENAM Villebrandes? Quæ in ipso
adolescentiæ flore occumbens & vigilantia & precibus ita se munivit
ut devicto Satana, mundo, peccato, morte deniq; Servatoris Jesu me-
rito digna judicata fuerit, quæ cœlestia gaudia nullo tempore termi-
nanda occuparet. Nata est Rostochii XI. April. circa secundam
pomeridianam Anno M. DC. XLIII. Patre Viro Amplissimo &
Consultissimo, Dn. ALBERTO Villebrand/ J. U. D. & ad-
vocato clarissimo: Matre Lectissima & Virtutum omnium de-
core splendidissima ELISABETHA COTHMANIA

Avum.

Avum paternum habuit Virum Amplissimum & Excellentissimum.
Dn. NICOLAUM Willebrand/ Phil. & J. U. D. Professorem hujas Universitatis celebratissimum: Aviam paternam, Matronam sexus sui Virtutibus decoratissimam CATHARINAM Heins/Magnifici & Amplissimi Viri, Dn. FRIDERICI Heins/ JCti, Sereniss. Mecklenburg. Principum Consiliarii, Academiae hujus Professoris, ac tandem Consulis ac Syndicis hujus Urbis præclarissime meriti Filiam in magno luctu & grandeva ætate hic præsentem. Avus maternus est Vir Magnificus, Nobilissimus & Amplissimus JOHANNES COTHMANNUS, JCtus, Sacri Lateranensi, Palatii, aulæq; Cæsareæ & Imperialis Consistorii Comes, & Sereniss. Princ. Mecklenb. ultra triginta sex annos Consiliarius & Cancellarius eminentissimus. Avia materna fuit fœmina primaria, sed in ipso ætatis flore denata MAGDALENA Krügers/ Viri Spectatissimi & Prudentissimi Dn. ULDARICI Krügers, Consulis Gustroviensis gravissimi Filia. Proavus Paternus extitit Vir Reverendus & clarissimus Dn. PETRUS Willebrandt/ Pastor Gorloviensium per plures annos vigilantissimus. Proavia paterna SOPHIA Theologi quondam excellentissimi & celebratissimi Dn. ALBERTI GRAWERI amita. Proavum maternum habuit THEODORICUM COTHMANNUM Reip. Lemgoiensis Consulem Amplissimum, cuius maiores patria & consulari dignitate à tricentis annis floruerunt: Ptoaviam paternam, Maternam pientissimam & honestissimam AGNETAM von der Lippen, Dn. BERNHARDI von der Lippen/ Comitis Lipp. Cancellarii gravissimi Filiam. His Majoribus orta postquam 16. Apr. dicti anni arbori Vitæ CHRISTOper baptismū insita esset, in tenella infanta elegantioris indolis tanta specimina edidit, ut non tantum Parentum animos sibi arctissimè devinciret, verum etiam Dn. Avi Materni, quem omni observantia devenerata semper fuit, singularem sibi conciliaret benevolentiam, cuius ea vis fuit, ut eam per aliquot annos Gustrovii esse voluerit, ubi talis evaluit privatorum. Pœdagogorum diligentia, ut in legendo, scribendo, & in arithmeticis multos suæ ætatis æquales imò majores superarit. In pietate, morum modestia, ac prudentia, uti vegeti erat animi, nec minus corporis elegantia à DEO prædita, omnibus ut lumen præluxit, & exemplar ad imitandum fuit. Hoc ipso currente anno, postferias

pentecostes , suos Parentes visitatura huc Rostochium venit , qui eam rursus dimittere noluerunt , ut & in re œconomicâ informaretur , & mater eā quasi alterā manu ad nutum uteretur , ubi & in omnibus se morigeram , parentibus tali morum elegantia se obsequentem præbuit , omnibus grata , nemini gravis , ut dici vix possit , quantoper ab æqualibus & provectionibus ætate adamata fuerit . In pietate tantos profectus fecit , quanti vix in tali ætate sperari poterant : fere 100 Psalmas memoriam tenebat , in articulis fidei ex catechismo & corpore doctrinæ christianæ etiam rudiores ex domesticis informavit , ut parentes omnia , quæ illum sexum decorare possunt , in hac suā filiolā optimi ingenii & indolis conspexerint : quid ergo non de eā optimo jure sperare potuissent ? at spes fallaces ! Ante octiduum enim , ultimo scil . Novembr . proh dolor ! decumbere cœpit . Vocatus Decembr . (verb . sunt Excel lentiss . Viri , Dn . D . Sebastian . Wirdig / Phil . & Med . D . & Prof . Publ . celeberrimi , Dn . Collegæ & Amici honorandi) POST MERIDIEM offendit virginem ardenter , simile febre , inextinguibili siti , punctionibus internis , aliisque symptomatibus laborantem ; ex maculis sparsim hinc inde in cutē rubentibus & efflorescentibus variolas subesse pronunciavi ; prescripsi generosa , specifica medica menta expellentia .

Diē Martis 2. Decembris efflorescentia dicta evanuerunt , urina conspiciebatur pallida , turbida , quæ maxima humorum agitationis signum præbuit : post meridiem accessit gravis morbi exacerbatio seu paroxysmus cum nausea , vomitu , inquietudine , jectigatione , & in sequentis noctis vigiliis ; narium haemorrhagia spem quidem morbi salutaris suppeditabat , verū cum non larga , sed sillicidium potius fuerit , mihi quodammodo suspecta videbatur .

Die Mercurii 3. Decembr . manè in conspectum iterum prodierunt nonnullæ variolæ , verū dicto citius iterum evanuerunt ; post meridiem lethalis accessit paroxysmus , cum nausea , Continuis vomitionibus , anxietatibus , jectigationibus , inquietudinibus , quæ , cum omnium remediorum vires exploderent , cum morbo insignem sociatam malignitatem hanc obscurè innere-

innuebant: confirmarunt id non tantum jam dicta symptomata
concatenata, verum etiam alia supervenientia letalitia, sudor
nimirum faciei frigidus, extremonum refrigerationes, pulsus
langvidus, myurus intermittens; quibus cum symptomatibus
lethalibus postquam usq; ad horam 5. mat. diei Jovis omnium
cum jactura virium collectata est.


In ipso morbo se divinæ voluntati commisit, precibus ad DEUM fusis
auxilium sperans, Ach GDE iste es dein Wille, wollesu mich aus dieser
Noth und Krankheit erretten/ quantum dolores ferre poterant, pa-
tienter quicquid D E O placuerat, tulit. Cum Vir Reverend. Dn. M.
Schwandi 3. hujus mensis circa vesperam, ubi morbi violentia in-
stabat accerseretur, alaci & blando vultu eum excepit. Qui fœde-
ris baptismatis renovata apud pię defunctam memoria de po-
tissimis Christianæ fidei capitibus proposuit quæstiones, ad
quas pię defuncta cum sufficienter respondisset, edita devo-
ta Confessione ejusq; singulis partibus repetitis & explicatis
absolutionem ab omnibus peccatis impetravit. Cæterum, cum sym-
ptomatibus gravioribus urgeretur, consultum visum est, ut in sequen-
tem diem communio differetur. Addita tamen informatio de effectu
baptismi & voto sacram Cœnam accipiendi ipsi communioni æqui-
valente, sicut hæc uberior in Funebri Concione exponet antea nomina-
tus Vir Reverendus & Clarissimus Dn. M. Enochus Svanteniūs, Archid.
Jacob. vigilantissimus, Collega & in Christo Frater pl. colendus,
qui summo mane reversus, sanctissimam animam velut jam jam mi-
graturam è contubernio corporis inter vehementissimos morbi pa-
roxismos, qui etiam jubebant in voto Evcharistici sacramenti beatissi-
mam nostram acqviscere, in pulcherrimæ fidei agonibus penetrantis-
mis precibus occupatam, fortiterq; militarem yudit, & cui precibus
instanti, & de fide in hoc novissimo certamine percontanti etiam cum
in summo ore versaretur anima pulcherrima responsa dedit, quæ hic
explicare vetat angustia programmati, explicabit autem plenè illa-,
quam diximus, concio funebris. Omnino quantum præ intensissimis
doloribus potuit, inter amplexus æqualium & lectissimarum virgi-
num & honestissimarum matronarum, (quæ omnes tantam patientiam
admiratae, & tam tenellum florem deflorescere, acerbè deplora-
runt) piis Psalmis præsertim 6. vers. Herr sei mir gnädig / denn ich
bin

bin Schwach / heile mich Herr / denn meine Gebeine seynd sehr erschro-
cken / und meine Seele ist sehr erschrocken / Ach dn Herr / wie lange? item
Ach mein herzliebes Jesulein &c. Et saepius reiterando Ich bin ein
ein Glied an deinem Leib / des Trost ich mich &c. Ex iiiiis ægrotissimis
cordis suspiriis imgemuit, & tandem ad circumstantes Ach da seynd
die heiligen Engel &c. Et paulo post respirationem ex morbi amaritudo,
eos quasi alloquens, & per sanctum Spiritum æternæ vitæ glori-
am cernens, Ach schlesset auf und lasset mich ein &c. Item Nun
werd ich bald diesen Morgen bey meinem Erlöser Christo seyn.
Et sic eum morbi doloribus & æternæ beatitudinis desiderio con-
flictata tandem 4. hujus Decembr. circa 5. matut. placide in Chri-
sto obdormivit, cum vixisset 13. annos, 7. menses & 23. dies. Gratulamus
piè defunctæ de felici exitu ex inquinatissimo hoc mundo ubi malitia
plurimum, ubi omnia sunt viscera & obessa laqueis, ubi periclitantur
anima, affliguntur corpora, ubi omnia vanitas & afflictio spiritus, quæ
sunt verba libratissima D. Bernhardi, qui ista subjicit: In mari Maris
de quatuor navibus non perit una: in mari hujus mundi de quatuor animabiliis
vix evadit una. Evasit per DEI gratiam nostra mundi naufragium.
effugit. Iste vos solamini, Mæstissimi Parentes, & illa Servatoris
piè meditamini: Talum est regnum cœlorum. Non est voluntas Patris
cœlestis, ut pereat unus de parvulis illis. Cœterum cum beatæ animæ
exuviae hodie hora prima terræ communi matri sint concredendæ, ro-
gamus studiosè & hortamur omnes omnium ordinum Cives Acade-
micos, ut in honorem & solatium inclitæ familie, & mæstissimorum
Parentum frequentes convenire & funeris deductionem præsentia-
sua honestare dignentur, simul utramq; Rempubl. DEO piis
precibus commendent, memores ilius: HODIE
M I H I, C R A S T I B I.

P. P. sub Sigillo Rectoratus
IX. Decemb. ANNO
M. DC. LVI.
Conventus fiet in templo
Jacobæo.



Avum paternum habuit Virum Amplissimum.
 Dn. NICOLAUM Willebrand Phil. & J. U. D. P.
 versitatis celebratissimum: Aviam paternam,
 Virtutibus decoratissimam CATHARINAM Hein-
 simi Viri, Dn. FRIDERICI Heins/ JCti, Sereni-
 cipum Consiliarii, Academiæ hujus Professoris
 ac Syndici hujus Urbis præclarissimè meriti Filia
 grandæva ætate hic præsentem. Avus maternus
 bilissimus & Amplissimus JOHANNES COTI
 Sacri Lateranensi, Palatii, aulæq; Cæsareæ & I-
 Comes, & Sereniss. Princ. Mecklenb, ultra tri-
 liarius & Cancellarius eminentissimus. Avia
 primaria, sed in ipso ætatis flore denata MAGD-
 ri Spectatissimi & Prudentissimi Dn. ULDARIO
 Gustrovienis gravissimi Filia. Proavus Paternu-
 dus & clarissimus Dn. PETRUS Willebrandt/ Pa-
 per plures annos vigilansissimus. Proavia pater-
 quondam excellentissimi & celebratissimi Dn. AL-
 amita. Proavum maternum habuit THEODO-
 MANNUM Reip. Lemgoiensis Consulem Am-
 jores patricia & consulari dignitate à tricentis anni
 paternam, Maternam pientissimam & honestissimam
 der Lippes, Dn. BERNHARDI von der Lippes/
 cellarii gravissimi Filiam. His Majoribus orta po-
 Ætanni arbori Vitæ CHRISTOper baptismū insita
 tia elegantioris indolis tanta specimina edidit, ut 'no
 animos sibi arctissimè devinciret, verum etiam Dn
 omni observantia devenérata semper fuit, singul-
 aret benevolentiam, cuius ea vis fuit, ut
 annos Gustrovii esse voluerit, ubi talis
 Pœdagogorum diligentiâ, ut in legendô,
 arithmeticis multos suæ ætatis æquales imo majo-
 rate, morum modestiâ, ac prudentiâ, uti vegeti er-
 corporis elegantiâ à DEO prædita, omnibus ut
 exemplar ad imitandum fuit. Hoc ipso curren-
 tia



Patch Reference numbers on UT68 Serial No.
 Image Engineering Scan Reference Chart TE68